



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Senex Euclio. Staphila anus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71292)

Plauti.

Illa illum nescit, neq; compressam autem pater
Eam ego hodie faciam vt hic senex de proximo
Sibi vxorem poscat, id ea faciam gratia
Quo ille eam facilius ducat qui compresserat
Et hic qui poscet eam sibi vxorem senex
Is adulescentis illius est auunculus
Qui illam stuprauit noctu ceceris vigilis
Sed hic senex iam clamat intus (vt solet)
Anum foris extrudit: ne sit conscia
Credo aurum inspicere volt, ne surreptum fiet.

Senex Euclo. Staphila anus

Axi inq; age exi, exeuudu hercle tibi hinc est foras
Circumspectatrix cum oculis emissitij
Sta. Nam cur me misera verberas: Eu. vt misera sis:
Atq; vt te dignam mala mala etatem exigas
Sta. Nam qua nunc causa extrusisti ex edibus?
Eu. Tibi ego rationem reddam stimulozum leges:
Illuc regredere ab hostio, illuc sis vide
Ut incedit: at san quo modo tibi res se habet:
Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum
Testudineum istum tibi ego gradibo gradum
Sta. Utinam me Diui adassint ad suspendium
Potius quidem q; hoc pacto apud te seruiam
Eu. Ut scelesti sola secum murmurat,
Oculos hercle ego istos improba effodiam tibi
Ne me obseruare possis quid rerum geram
Abcede etiam nunc: etiam nunc, etiam hoc
Istic adesto, si hercle tu ex istoc loco
Digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris
Aut si respexeris donec ego te iussero
Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci

Aulularia

Scelestiorem me hac anit certe scio
Uidiſſe nunq̄, nūmiſq̄ ego hanc metuo male
Ne mihi ex inſidijs uerba imprudenti duit
Neu preſentificat aurum ubi eſt abſconditum
Que in occipitio quoq̄ habet oculos peſſima
Nuncibo ut uisam, eſt ne ita aurum ut condidi
Quod me ſollicitat plurimis miſerum modis
Sta. Nec nunc me caſtor quid hero ego dicam, meo
Male rei eueniſſe: quam ne inſaniam
Queo comminiſci: ita me miſeram ad huuc modum
Decies die vno ſepe extrudit edibus
Neſcio pol que illuc hominem intemperie tenent
Peruigilat noctes totas, tum autem interdium
(Quaſi claudius ſutor) domi ſedet totos dies:
Neq̄ iam quo pacto celem herilis filie
Probrum, propinqua paritudo cui appetit
Queo comminiſci, neq̄ quicq̄ melius eſt mihi
(Ut opinor) quam ex me ut vnā faciā litteram
Longam laqueo collum quando obſtrinxero
¶ Lucio ſenex, Staphila anus
Eu. Tunc defecato demum animo egredior domo
n Poſtq̄ perſpexi ſalua eſſe intus omnia
Redi nunc iam intro, atq̄ intus ſerua
Sta. quippe nil
Ego intus ſeruem, an te quis eſtes auferat:
Nam hic apud nos nihil eſt aliud queſti furibus
Ita inanis ſunt, opplete atq̄ araneis
Eu. Mirum quin tua nunc me cauſa faciat Jupiter
Philippum regem, aut Darium triueneſica
Araneas mihi ego illas ſeruari uolo
Pauper ſum fateor, patior quod Di dant ſero